relicta ſunt. duo quoſ ſi detraho. ex viiii reliqui ſunt. vii.
quod ſi duo rurſum ſeptinario dempſerim ſuperſunt. v. adque
ex hiſ alioſ ii treſ rurſum exuberant. quoſ alio binario demi
nuto ſola unitaſ ſupergreditur;
Rurſum ſi ex duobuſ unum auferam in uno terminuſ detractioniſ
hærebit quem duorum illorum numerorum id eſt viiii.
& xxviiii ſolum neque alium conſtat eſſe menſuram.
Noſ ergo contra ſe primoſ uocabimuſ ſed ſint alii nobiſ numeri
eadem condicione propoſita. xxi & viiii ut & quales hi ſint
in ueſtigentur cum ſibi met fuerint in inuicem conparata.
Rurſum aufero de maiore minoriſ numeri quantitatem
id eſt viiii de xxi relinquuntur. xii. ex hiſ rurſum demo. viiii
reliqui ſunt. iii. qui ſi ex nouenario detrahuntur ſenariuſ
relinquitur quibuſ item ſi quiſ ternarium demat. iii. relin
quuntur de quibuſ. iii. detrahi nequeunt atque hic eſt ſibi
ipſe æqualiſ. DE MUSICA DISCIPLINA Caſſiodori.

NUNC UENIAMUS AD MUSICAM

Quæ ipſo nomine & propria uirtute ſuauiſ eſt — omnium ſtudiorum primam hanc abprobat quintilianus
Gaudentiuſ quidam de muſica ſcribenſ phytagoram dicit
huiuſ rei inueniſſe primordia ex malleorum ſonitu & cor
darum extenſione percuſſa quam amicuſ noſter uir
diſertiſſimuſ mutianuſ tranſtulit in latinum ut ingenium